



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Maximi, Qvi Primus passus est Ephesi, Asiæ ciuitate, circa  
annum Christi Domini 254, sub Decio Imp. teste C. Baronio tom. 2. Anna.  
Ex actis, vt videtur, publicis, quæ proconsularia ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

fuso sanguine percepisse.

*Visio de cla  
de Romani  
exercitūs.*

Nam clades per visum ostensas, & à Mariano generatim expressas, si auctor superuixisset, eis iam contigisse vidisset, ac proinde quid poterat illa candidatorum acies equitum, vīa & audita à sanctis martyribus, facile expellisse. Nemp̄ immensam illam cladem, quā hoc pō anno, non post multum temporis à nece martyrum est subsecuta; cum Roma. exercitus à Persi est profigatus, cūm & miserando modo, ac plānē infelicissimo (quod numquam antea accidit nec per multa post secula euensis reperitur) Vl̄erianus Imperator, captiuus ductus est à Persi, vīle mancipium factus. Item ciuitates illas ingrediētes vndiq; turbas, triginta tyrannos, tam immunitēt, tamque ferociter diuersis in locis ex improuiso sub Gallieni Imperio emergentes, aq; Rēpubl. pessimum dantes; Barbarorum irruptiones, terrae motus, hiatus, terrae, maris effusionem, pestilentiam, aliosque infeliciſſ. calus, quisequenti anno Romanum Imperium dirissime exagitare coeperunt.

MARTYRIV M. S. MAXIMI, QVI PAMMUS passus est Ephesi, Asia ciuitate, circa annum Christi Domini 254, sub Decio Imp. teste C. Bezonio tom. 2. Anna. Ex actis, vt videtur, publica, quā proconsularia dicebantur, defumptam.

*30. Aprilis.*  
Decreta De  
cīj Impera  
toris.  
  
**D**ecius Imperator, volens profigare Christianorum legem, promulgatis per orbē vniuersum decretis, statuit ut Christiani oēs, relicto Deo viuo & vero, dēmonijs sacrificarent: qui verò id recusarent suppliciorū atrocitate necariētur. Quo tempore Maximus, homo quidē plebeius, sed eximia pietate præditus, palam le-

Christians  
Asia obla  
ne & con  
dit: Maxi  
ingenuus  
Tunc Pro  
principu  
licta sup  
verū pri  
iubent? C  
tentia co  
non sac  
tate facr  
Sacrifica  
extremo  
Hoc est,  
huius c  
sempite  
fustibus  
pete, ò N  
cīj, Ac  
suorum  
mine D  
modote  
& semp  
ac perit  
fione d  
suspen  
guntur &  
plicio p  
Lucrab  
Mihi ve  
dolore  
Christi  
dibus e

Christianū confessus, Optimo Proconsuli apud  
Abā oblatus est. Et quidem Proconsuli de nomi- Maximus  
ne & conditione eius interrogāti, martyr respō- Coaſuli ob-  
dit: Maximo mihi nomen est, cōditione quidem latus, præ-  
ingenitus, sed seruus Christi Iesu, et si peccator. clarē respō-  
det.

Tunc Proconsul: Nostine, inquit, inuitissimorū principum decreta, quæ Christianis omnibus, re- licta superstitione, deorū cultū præscribunt, & verū principē, cui omnia subiacent, cognoscere iubent? Cui Maximus: Iniquā huius principis sen- tentiā cognoui, ideoq; me palām ostendi. Ego autē non sacrifico, nisi soli Deo, cui me ab ineunte æ- tate sacrificasse gratulor. Cui rursus Proconsul: Sacrifica, inquit, ne te varijs affectum tormentis, extremo supplicio subiçere cogar. Et Maximus: Hoc est, inquit, quod semper in votis habui, ut huius corporalis ergastuli vinculis solutus, ad sempiternā vitā migrare valeā. Tunc Proconsul fustibus eū cædi iubens, inter cædendū dixit: Eri- pete, o Maxime, maturo sacrificio ab his suppli- cij. At martyr in cosideratione suppliciorum suorum exultans: Ego, inquit, hæc quæ pro no- mine Domini nostri Iesu Christi patior, nullo modo tormenta reputo, sed tum demum in vera & sempiterna tormenta incidam, si fluxæ huius ac periturae vita amore perfidè à Christi confes- sione defecero. Tunc Proconsul in eculeo eum suspensem torqueri iussit, dicens: Iam tandem a- gonta stultitia tua sacrificia, ut vitam, mortis sup- plicio penè circumuentā, lucreris. At Maximus: Locrabor planè, inquit, vitā si non sacrificauero. Mihi verò fustes, nec vngulæ, nec ignes tui ullū dolorem adferunt, quia in me manet gratia Christi. Tunc Proconsul lata sententia lapi- dibus eum obruendum tradidit. Raptus est cōfe- stim

412 VITA & MARTYR. S. PHILIPPI  
sicut à miniis diaboli athleta Christi gratia  
sine fine Deo agens, quod eum tanta gloria di-  
gnum ficeret, & triumphū de diabolo, cui nul-  
la in terris potestas comparari potest, adeo glo-  
riosum concederet. Perductus igitur extra mu-  
ros martyr, lapidibus cæsus beatam animā Chri-  
sto tradidit: cui est honor & gloria in secula se-  
culorum. Amen.

Lapidibus  
obruitur s.  
Martyr.

## M A I V S.

C. Baron. to. VITA & MARTYRIVM S. APOSTOLI  
I. Annal.

Philippi, quo coronatus est anno Christi 54. Clas-  
dij verò Imp. 12. apud Hieropolim Asia ciuitatē.  
Ex Breuiario Romano & ijs que sunt apud Ma-  
taphraſten.

I. Maij.

Patria eius.

Philippus  
vocatur à  
Christo.



HILIPPVS Christi Iesu Apostolus, Bethsaida ciuitate Galilee or-  
iundus, cum à parentibus in omni laudabili disciplina optimè esse  
institutus, libros perlegit Molaicos  
& quæcunque fuerant prædicta de Christo my-  
steria, alta mente recondidit. Postquam vero  
Christus Dominus in Galileam venisset, ac hunc  
magnum inuenisset Philippum, eum se iugis-  
iuit. Qui protinus diuino splendore mirifice  
illustratus, veræ latutis authorem agnouit, cu-  
ius aduentum in terris Prophetarum omnium  
vocibus promissum iam ante legerat, eunque  
secutus est itaque Christo tota mente & corpore  
adhærens, tanta ex eius consuetudine ac stupe-  
dis rerum factis ad narratione, cum eximia volu-  
ptate coniuncta affectus est, ut alios similiter  
primz